

vim ab hoste, sed voluntate à flagitio abfuisse: id argumēto esse, quod prius, quam ad maritum venerit, id probum fortiter vindicasset. *Sab. lib. 10. c. 6.*

Inter Gallogræcorum regulos amplissimarum familiarum, & propinquæ cognationis erant Sinatus, & Sinorix. Sinatus uxorem virginem duxit (Camma nomen fuit) forma, & ætate florentem, clariorem tamen virtute. Non solum enim casta fuit, & viri amans; verum cordata etiam, magnanimaque, & quod placida esset, atque comis civibus majorem in modum chara. Magis conspicuam fecit sacerdotium Dianæ, quam præcipue Gallogræci venerantur, cultusque ejus in pompis, & sacris magnificus. Hujus amore Sinorix inflammatus, cum neque pellicere eam, neque vim facere incolumi posset viro, ad sedum facinus animum adiecit: Sinatum per dolum interimit, brevique post nuptias ambit Cammæ. Ea in templo commorabatur: nec demisso, vel abjecto animo casum, sed prudenter ferens, opportunitatem expectabat ulciscendi Sinorigis scelus. Ille submissis precibus agebat: nec facultas ei deerat sua verba colorandi: quod aliàs excelleret Sinato, neque ulla alia maiore, quam Cammæ amore, illum sustulisset. Mulier id primum negare non præstare, pedetentim deinde videri labascere. Si quidem necessarii quoque, & amici id miscendo precibus minas urgebant, viri potentissimi obseruantia, & gratia Sinorigis. Tandem annuit, illumque ad se accersit, & velut coram dea iniri sponsalia, & dari fidem cupere. Venientem comiter excipit, adducitque ad aram: tum ex patra libat, ac partem ipsa bibit, reliquum illi porrigit, nullum veneno temperatum, quem ut confespexit hausisse, signo lætitiæ magno plausu edito, ante aram se proiciens; Ite restor, inquit, sanctissima dea, hujus me diei causa superesse post Sinati facta voluisse, neque interea quicquam mihi in vitam lætum fuisse præter spem ultionis, quam consecuta descendendo ad virum meum. Tibi verò, homo secleratissime, pro læto geniali, & nuptiis tumulum propinquum parent. Quo audito Gallus, sentiens jam vim, & motum in corpore veneni, descendit vehiculum, ut succussu, & motione ageretur corpus. Mox eo relicto, ingressus læticam, sub vesperam animam egit. Camma fuit illa nocte superstes: post allato illius excessu, hilari, ac læto animo vitam cum morte commutavit. *Plut. de Vir. mul.*

Berengarius in Italia regnum invadens, iniquissimè omnes tractabat, qui suis consiliis, & cupiditatibus quoquo modo adversari videbantur. Luitprandum quidem Ticinensis Ecclesiæ Diaconum tam inhumaniter exagitavit, ac persecutus est, ut Italia excedere, atque in Germaniam confugeret cogere. Venit autem Luitprandus Francofurtum ulque. Inde est, quod librum suum, de historia sui temporis composuit, appellavit Antapodofium, hoc est, retributionem. Non enim alia ratione tyrannidem Berengarii sibi vindicandam censuit, quam stylo gravi, quo istius tyranni mores, & crudelia facta posteris quoque nota efficeret. *Testis ipsomet l. 5. c. 5.*

Berchtholdus V. Dux Zeringensis, cum nobilium rapinas tolerare noller, illi pharmacis filios ejus duos sustulerunt, ejuisque uxori sterilitatem induxerunt. Ergo perfidiam illorum detestatus, patris sui exemplo (qui contra illorum injurias populo Friburgum prope Avenicum extruxerat) Berenam urbem ædificare cepit, An. D. 1191. camque Imperio dono dedit, cuius præsidio, donec adolefceret, protegere. *Obiit An. D. 1218. ejusque regio fororibus cessit. Stumpfius.*

Megolus Lercarius, civis Genuensis nobili, & per vetusto genere ortus, præcipuus eorum, qui Calphæ mercimonia exeruerunt, cum esset in gratia Cæsaris Trapezuntini, invidiam sibi plurimorum conciliavit aulicorum, qui omnem lapidem moverunt, ut exofium ipsum redderent Cæsari. Cumque in Ludicero certamine latunculorum pomeridianas horas teneret, quidam aulicus colapho ipsum ceciderit, & Rege non animadvertente in reum, hanc ignominiam ita ultus est. In patriam reversus duas trimeses ope propinquo tum omni bellico apparatu intruxit, quibus Euxinum Pontum ingressus Trapezuntinorum oram latrociniis infestam reddidit, incendis vastavit, captos narius aulibusque abscissis dimisit, ut contumeliam in ore acceptam illa oris deformitate reddenda ulcisci viderent. Ad adventum quatuor trimesium Cæsaris eum se iis imparem videret fugit, verum non pari celeritate ipsum insequeutes, duas proximiores aggressus est, quas oppressas cepit, quo exemplo relique perterritæ, fuga salutem expedit-

runt. At Megolus trimesibus suppressis usitata deformandi oris exempla in captos edidit, quos dimittens nuntiarî Cæsari iussit, unam illi tantummodo esse, se se ac populos suos, & tantis cladibus eximendi rationem, si eum, qui ipsum injuria affecisset, sibi in manus daret, aliter sibi de injuria satisfieri non posse. Quod cum Cæsar, malis, & populorum fremitu victus fecisset Megolus hominem ad se adducum, se se prius in consensu trimesis percussurum, ad genua in humiles fletus prostratum, ac morem ob tam audax facinorositatem, sed tormentis, & cruciatibus deprecantem benignè allocutus bono animo esse iussit, addiditque egreriorum, & fortium virorum moris non esse in mulieres fœvere. Cæterum abundè sibi, Genuensibusque satisfactum esse dixit, si Cæsar Trapezunte ædes publicas negotiatoribus Genuensium ædificasset, egregii facinoris serie in parietibus pictura expressa, & ad documentum faciendum, ne quis impotenter illius nationis homines injuriis cuiquam obnoxiosus deceret. Quas ædes Cæsar ex pacto ædificatas, homine repperit. Genuensibus domicilium assignavit. Genuam postea Megolus reverfus, magnis honoribus, & numeribus à Senatu, privatique hominibus exceptus, & insigni Reipublice testimonio nobilitatus est. A. C. 1380. *H. Henning, in general. Lescariorum.*

PRUDENTIA EXTRA BELLUM INVENTRIX FORUM QUE AD CORPORIS BONA CONFERT.

Hujus est loci. VITÆ SUÆ PRUDENTER PROSPICERE. PERICULA, ET INSIDIAS EFFUGERE. *Duo hic consideranda. Morbientia, & ejusdem depulso. Respectu prioris subdividit locus iste, quoad Efficientem, quis, qualis, quæ à Jure, Hostis, Latro: quoad Instrumentum, per quod intendatur, per Aquam, Ignem, Gladium, Venenum. Respectu posterioris, Modus ipse tum materialiter, tum formaliter examinari potest. Materialiter quidem, ut qui saluti suæ consulant Auro, Medicamento, Habitu. Formaliter verò, ut qui mortem effugiunt Simulatione mortis, religionis, insanie: Provocatione, Defensione, Fuga, Luctu, Occultatione, Fontes ipsos subdividit sonum indicasse sat est.*

Abraham, cum fames pulsus, ex Chanana in Ægyptum migrasset, Saram uxorem suam fororem esse dixit: ne si maritum ejus se esse profiteretur, ad Pharaonem Rege interficeretur. Pharaon igitur Saram, pulchritudine illius allēctus, in concubinam assumit, Abraham fratrem multis ornat muneribus. Tandem cum Pharaon magnis à Deo cladibus afficeretur, propterea quod Saram sibi usurpasset, Abraham petita venia, uxorem cum magnis donis restituit. *Gen. 12. Licuit hoc Abraham, quoniam per spiritum noverat Saræ uxoris suæ pudicitiam, Domino protegente, quocumque periret, tutam fore, vitæ tamen suæ ob ejus formam improbos homines insidiarios dubitavit. Idem cum Geraris peregrinaretur, Abimelech Rex Gerarorum, Saram ejus uxorem formosissimam (quamvis jam nonagenaria esset) ad se accendendam curavit. Insidias igitur metuens Abraham, fororem suam esse dixit, ne si conjugem esse diceret, interficeretur. Abimelech re cognita, simulationem hanc graviter tulit. Tamen ne quid mali à Domino pareretur, Abraham magis affectum muneribus à se dimisit. *Gen. 20.**

Idem Isaac illius filium de Rebecca conjugæ suæ pari imminente periculo Geraris à Rege Palaestinarum Abimelech, simulasse, legitur *Gen. 26.* Ea simulatione occasio vitabatur homicidii: & gravius deliquissent, si verum confitentes, H causam malis seviendi dedissent. A mendacio sanè excutatur, quoniam confiteretur erat, ut quibus aliqua languinis intercedebat cognatio, fratres, & forores inter se quandoque vocarentur. Sara autem Abraham ex patre nepis erat Rebecca Baruelis filia, qui Isaac frater patruelis fuit. *Marul. lib. 4. c. 4.*

Jacob Mesopotamiam petiturus, ut iratum fratrem Esau sibi ubi ratione imminente declinaret, quia non nisi per Chananzorum terram patebat iter, cum quibus paternæ sibi intercedebat inimicitia, vitabundus per desertam, & devia loca interdiu iter faceret, noctu cum diebus labore festum, quieti dabat, atque ita magnis itineribus, & aliqui infestis, ad Laban incolumis pervenit avunculum. *Sab. lib. 4. c. 8.*

David Saul Regem persequenter fugiens, ad Achim Gethæ Regè confugit. Ad Regis stipitares eum esse agnovissent, qui Goliath Gethæum prostravisset, quique Judæorum regno potiturus esset. David insaniæ simulavit, quæ portæ ostium pingens, & salivam in barbam suam deliquens. Achis ergo verè insani-

num esse judicans, ut ablegaretur, præcepit, & sic David in Odollam speluncam evasit. *1. Reg. 21.*

Idem insidias Saul Regis fugiens, Nobam venit ad Achimelech Pontificem: & simulavit, sibi occulti quid à Rege commissum, quod sine comitatu perferendum esset: famulos sese in loco certo præstantes reliquisse: si quos habere letare proferret. Achimelech cum profanos nullos haberet, sacros appositos è Domini conspectu sublatos ei dedit, hac lege, ut corpora famulorum à mulieribus casta essent. Petit præterea, eorum haberet hastam, vel gladium. Cumque nullus alius adesset, eum accepit, & ad Achim quem eo in loco dedicarat David, eum dedit voti causa Doeg Gethæ Regem se contulit. Eodem die aderat voti causa Doeg Idumæus, & Saul regis pastor, is Saul ea de re certior fecit. Quo indicio Achimelech cum tota sua domo à Saul fuit excisus. *1. Reg. 21.*

Hieremias consultus à Sedecia Rege Judæorum, voluntatem Domini ei indicavit, & Nabuchodonosori sese dedere iussit, alioqui futurum, ut urbs cum omni stirpe Regia deleatur. Sedechias veritè ei, ne hæc proceribus enuncietur, alioqui mortis periculum ei instaret. Paruit Hieremias, & à proceribus interrogatus, Quid cum Rege esset? respondit, Precibus se ab eodem contēdisse, ne in cænoforum carcerem remitteretur. *Hier. c. 38.*

Paulus Apostolus productus in Concilium Judæorum, ubi Sadducæi, & Pharisei convenerant, se Phariseum esse proclamavit, sperata resurrectione mortuorum reum. Hoc eo locuto, orta est inter Phariseos, & Sadducæos contentio, Phariseis eum tanquam affectum suum defendentibus. Tribunus è medio illorum abreptum Paulum in castra duxit. *Act. 23.*

Idem cum audisset, quod quidam Judæi voverant se nihil gusturos, donec occidisset Paulum: curavit hoc nunciari Tribuno. Is ergo misit eum cum multis militibus ad Feliciem Syriæ præsidem. Jam verò cum vellet è Græcia navigare in Syriam, & intelligeret sibi à Judæis esse paratas insidias, reversus est per Macedoniam, nec recusavit comitatum, quem fecerant ei fratres diversarum civitatum. *ibid. c. 20.*

Cum Festus præses Syriæ, Judæis intercedentibus, Eundem Hierosolymam reducere vellet: advertens eorum malitiam Cæsarem appellavit. *ibid. 25.*

Ulysses, ne ad Trojam iret, bove, & asina junctis, terram proficendere, & sal ferre cepit. Sed Palamedes filium Telemachus, quæ sulcus duccndus erat, obiciens, astutiam ejus dextit. *Cic. lib. 3. off. 1.*

Pygmalion à patre regnum Tyriorum per manus accepit. Fuit huic foris Elifa, quæ Sichæo avunculo (erat is homo prædives, atque Hercules sacerdos) virgo nupsit. Fuit id facerdotium secundum à Rege honos. Sichæus, qui haud ignarus erat: solere divitias esse exitio habentibus apud tyrannos, quicquid auri habuit, quicquid argenti, humi condidit. Pygmalion spe potiundi auri omnis humani juris oblitus, Sichæum avunculum insidiis exceptum obrucit. Dido (nam & hoc illi postea nomen fuit) ubi se quoque inter domesticas insidias delititum nihil tutiorem fore crenebat, ut tutior sibi fuga cingeretur, fratrem nova arte aggreditur. Consilium ait se cepisse in fratris regiam migrandi, ut relicto Sichæo penatibus, ubi illius imagines et alia viri monumenta sapius occurrerent, defuncti memoria animo facilis exideret. Auduit ille fororis verba non invitus, confusus aurum, quod Sichæus antea possedit, eum ea ad se venturum. Elifa ministris migrationis à fratre missos in naves cum ipsis opibus impo-

nit, provehens in altum, compellit eos grandiora quadam velut pecunia involucra in mare ducere. Tum plorans D ipsa, virumque flebili voce invocans precatur, ut suas opes debitas haberet inferias, quæ exiti causa extitissent. Tum vero ministris supplicii metu injecto fuga comites sibi adiunxit, & in Libyam navigans, Carthaginem condidit. *Sabell. lib. 6. Ennead. 1.*

Sesolstrim Ægyptiorum Regem bellicosissimum, post subactam Europam, posteaquam ad Daphnas Pelusias se receperat, à fratre, quem Ægypto præfecerat, unâ cum liberis invitatum tradunt: & cum ille domum exterius materia circumspasset, struemque incidisset: re intellecta Sesolstrim ex templo cum uxore dicens: (nam & uxorem secum duxerat) ea te suadente, ut duo è sex liberis super ardentem pyram extendens pontem faceret, super quos ipsi transeuntes evaderent, ita fecisse: & duorum filiorum clade cæteros unâ cum patre fuisse servatos. *Herod. lib. 2.*

Ægyptus à Mausolo ablegatus Miletum, ut eos, qui civitatem prodere instituerant, sua ope juvaret, cum appulisset, & insidias sibi strui præsentisset, festinans ad navem prior venit. Insidiatores prope mare latitabant. Hinc illis audientibus tanquam gubernator quendam è navi misit, jubens Ægyptum quærere, & eum adducere: jam enim solvendum esse. Insidiatores ergo propter relicta nave Ægyptum per urbem quærebant. Ad ille sine periculo abnegavit. *Polyen. lib. 6.*

Thucyd. l. 1. refert, è Græcia fugientem Themistoclem nave conscensa à Pydna ad alterum mare provectum, nec quenquam vestorum, qui esset, scivisse: quoad ventis navem onerariam Naxum, quæ id temporis ab Atheniensibus circumfidebatur, rapientibus, exterritus, naviculatorem, & gubernatorem aperuerit se, & quæ precibus, quæ minis agentem, denuntiantemque, apud Athenienses se crimine, & mendaciis ipsos pressurum, non imprudens, verum mercede inductos initio ipsum recepisse: expressisse, ut prætereuntes transmitterent in Asiam. *Plut. in Themist. & Polyen. l. 1.*

Idem cum in Ætolie oppidum Ægas venisset, à Nicogene hospitiæ clam susceptus (omnes enim inhiabant, ut Themistoclem in Regis gratiam caperent) tandem rheda operata ad Regem Persarum perducere se curavit, comitibus se Græcam mulierculam ex Jonia Regis cubiculario cuidam adducere affirmantibus. *Plut. in Themist. & Diad. lib. 11.*

Alexandro Macedoni, cum reddita fors esset, cum qui primus occurrisset, interimeret: ubi Eutychem quendam præ se agentem alium vidit, arripit hominem ex oraculo confestim imperavit. Atis iamjam jugulandum, intellecta mortis causa, proclamavit: Antambulonem suum, non se, peti ex responso, quando is obviam factus esset prior. *Cel. l. 11. c. 8. A. L. ex Plut. Alexandro.*

Cyloniani (qui Cyloni Theognis genero opem tulerant in occupanda arce Atheniensium, ut tyrannide potiretur) cum arce iterum potiti essent Athenienses, eosque ut seditosus in iudicium adduxissent: filo statum Minervæ appenso, manibusque prehensio, ne ab stylo cessisse viderentur, vitam suam tueri voluerunt. At cum filium sua sponte solvitur, placuit, ex verisimili Deorum voluntate, in eos sine fraude animadverti. *Thucyd. l. 1. & Plut. in Solone.*

Cum in India res gereret Alexander Macedo, prope Bactrianam apud Sogdios, producti sunt ad triginta captivi Sogdii, nobilitate, & corporis robore præstantes viri. Quos cum Rex ad ultimum duci iussisset supplicium, illicque hoc intellexissent: maxima alacritate præna patrium, adhibito & modulatione corporis motu, more choreas duccuntur, nec nere adorti sunt. Renunciatur id Alexander, qui tam incipit, & importuna lætitiæ causam ab eis sciscitatus est. At illi: Non alia (inquit) ratione gestimus, quam quod terrarum principis imperio fatalem, destinatumque, sibi diem subituri essent. Quacunque occasione alia morerentur, consueta cæteris perturbatione fortem oblatam fuisse laturos. Nunc ut fortes addeat, mortem esse sibi in votis: proindeque cantu, lætitiæque lascivire. Versus in stuporem Rex: Cupio, inquit, nosse, an sit vobis optabilis vita citra ulla inimicitias meas? At illi, Nunquam inimicos egimus, verum nos cum hostiliter invaderes, urens, vastasque omnia, hostiliter occurrimus viam reprefurii. Quod si benignitate potius, quam divexatione certare nobiscum perrexeris, dabimus operam, ne officiorum vicissitudine superemus. At Rex: Verum quibus obfidibus pollicitationes obfirmatis? Vitam, inquit, quam contribueris beneficio tuo, fidei, constantiæque pignori obvicimus, reddiduri, quocumque resflagitatis. Hæc itaque conditionibus emissi, quam dederant fidem, egregie præstiterunt, populares suos hinc certer Macedonibus concilians. *Cælius lib. 28. cap. 33. A. L.*

Valachorum mos patrius est, hostem in patentibus campis nequaquam opperiri: verum exultis vicis, & pabulo corrupto jugam montium petere, atque inde ex occasione pralium hostem laceffere. *Ludov. Tubero l. 6. Comment.*

Acestor tyrannidem, evasit periculum. Nam Acestor visus affectare tyrannidem, evasit periculum. Nam Acestor visus seditionem evitans, atque ob id nolens ipsum aperte de medio tollere, iussit urbem excedere, & emisit, qui noctu inter proficiscendum eum interficerent. Agathocles ex pueris delegit eum, qui stuppius formam maximè referret, & magnitudinem corporis, & vultu. Huic cum tradidisset arma sua, & equum præ-

Ego tibi vitam debeo, Rex, quam eum posses auferre, do-
 A nati. Ceterum fides prima obstricta est Perthari, cum quo
 malim exulare, quam fidem violare. Idem famulus teita-
 tur. Rex utroque collaudato, iumenta, famulos, & com-
 meatum illis dedit, ut in Franciam ad Pertharum abirent.
Cran. l. 3. Dan. c. 26.

Fengo, Julia præfectus, fratrem Horvendillum, virum
 fortiss. sola virtutis invidia interfecerat, Gerutham Rorici
 Danorum Regis F. ejus uxorem (ex qua Amlethus sustule-
 rat) sibi nubere coegerat. Amlethus, ut patri, ejusdemque
 vitrici insidias effugeret, amentiam simulare, fordidus se
 proluere, stipites aduncos in paternæ necis ultionem igni
 durare, equum à dextris conscendere, cauda loco frangi
 uti, lupo conspecto, talibus equulis Fengonem carentem in-
 crepare: gubernaculum magnum cultorum prægrandi perna
 convenientem dicere: aronarum cumulos farinam marinis
 fluctibus dealbatam pronunciare: ea denique responsa dare,
 quæ prima specie mentis emota, sed intentius consideranti
 summæ prudentiæ esse viderentur. Placuit tandem Fengoni,
 venire simulationem ejus explorare. Amlethus deceptis cu-
 stodibus à quibus observabatur, cum muliere clam concubuit,
 sed educationis constantis memoria refricata, mulier ex com-
 posito concubitu negavit, ipse, verò affirmavit. Interroga-
 tus rursus, Quo loco concubuisse, quoque pulvino usus fue-
 rit; Ungulæ jumentis, cristæque Galli, laquearibus quoque
 B rectis innixum se dixit. Horum enim omnium particulas vi-
 randi mendacii gratia, cum tentandus proficisceretur, colle-
 gerat. Fengo interea simulata absentia matrem cum filio clam
 commisit, à quodam consilii auctore observari curat, qui
 sub lecti stramentis dilexeretur. Amlethus solus ad matrem
 admittitur, sed exploratores suspicantis, galli more oecentum
 edidit, brachiique alarum ritu concussis, consensu stramen-
 to corpus crebris saltibus librare cepit, si quid illi delitescer-
 et, experturus. At ubi subjectam pedibus molem pensentis
 gladio exploratorem confodit: corpus in partes confisum, in
 lebetæ coxit, devorandumque porcis per os locuæ patentis ef-
 fundit. Cùmque mater mox desieret, ille simulata amentiam
 proferre, & paternæ necis vindicandæ consilium aperire cepit.
 Cùm explorator nusquam compareret, Amlethus, An ulum
 ipsius vestigium deprehenderit; per jocum rogatus: In
 cloacam illum delapsus, ac stercoris mole obrutum, à porci-
 bus esse absumptum, respondit. Quod dictum, quia specie
 stolidum videbatur, auditoribus ludibrio fuit. Fengo tandem
 privignum ad Britanniam Regem mittit. Discedens Amlethus,
 matris tacite præcipit, ut textilibus aulam nodis instruat, suat-
 que post annum inferias falsò peragat: coque tempore redi-
 tum pollicetur. Proficiscens cum eo bini Fengonis satellites,
 literas ligno inculptas secum gestantes, quibus Britannorum
 Regi transmissis sibi juvenis caedem mandabat. Quorum
 Amlethus quietem capientium loculos perstrutatus, literas
 supponit de cæde satellitum: preces insuper adicit, ut Britanni-
 cæ Rex prudentissimo juveni filiam in matrimonium daret.
 Ubi in Britanniam ventum, Rex hospitali illos humanitate
 profequitur. Tunc Amlethus omnem Regiarum dapum apparat-
 um aspernatus est. Solutò convivio, Rex cum amicis
 ad quietem dimitteret, per quandam cubiculo immisum, no-
 tidurna hospitum colloquia clam explorare studuit. Interroga-
 tus igitur à sociis Amlethus, Quid ita epulis abstinuisse; Pa-
 nem cruoris contagio respersum, potioni ferri saporem inesse,
 carnes humani cadaveris fetorem referre, dixit. Addidit, Re-
 gem servilibus oculis esse, reginam tria servilia officia præsti-
 tisse. Sed à comitibus amentiam derisus est. At Rex his cogni-
 tis, Amlethum supra mortalem habitum, aut sapere, aut desipere
 testatus est. Scrutatus singula, è tritico, quod in agro
 D mortuorum ossibus referto natum erat panem factum depre-
 hendit. Carnes verò fuillas ex porcis esse, qui non ita pridem
 latronis cadaver turi discerpissent. Potum verò cerealem ex
 aqua fontis vicini coctum, in cuius alvo gladii rubigine ade-
 fecti latebant: seu certe ut alii placet, ex melle factam mulsam,
 ab apibus cadavere mortuo passis, collecto. Triplici hoc ar-
 gumento Amlethi prudentiam admiratus, matre tormento-
 rum minis adacta, ex audulterio alicui se natum esse cognovit.
 Reginam itidem ex ancilla natam, & suppositiciam esse ex
 Amlethi sermone didicit, tres servilis ingenii notas in ea dete-
 gens: quod ancillæ more pallio caput obduceret: quod ve-
 stem ad gressum succingeret: quod ciborum reliquias, denti-
 bus inhærentes, festuca eruta deglutiret. Rex ergo divinum
 illius ingenium veneratus, filiam ei in matrimonium dedit:
 comites verò suspensio absumpsit. Amlethus ea veluti inju-
 ria se vehementer offensum simulans, aurum à Rege compo-

sitionis nomine recepit, quod igni liquatum clam cavatis bac-
 culis insudit. Post annum patriam repetens, nihil secum E
 præter bacillos exportavit. Ut Julia attingit, cum conclave,
 in quo suis ducebantur exequiis, squalore obitus intrasset,
 maximum omnibus stuporem iniecit, quòd obitum ejus falsò
 fama vulgaverat: & de comitibus interrogatus ostentis, quos
 gestabat, baculis: Hic, inquit, & unus, & alius est. Pocilla-
 torem inde agere cepit. Et ne gressum laxior vestis offende-
 ret, latus gladio cinxit, eumque sæpe distringens, supremos
 digitos cuspidè vulnerabat. Itaque alicui clavo gladium vagi-
 næ affixere. Interca cum merfos somno vinoque proceres in-
 sidias opportunos animadverteret, paratos jam olim stipites
 accipit, & tricinium, ubi proceres passim humi stratis jace-
 bant, ingressus, factam à matre cortinam, quæ etiam interio-
 res aulae parietes vestiebat, rescidit, eaque sterentes adhibi-
 tis stipitibus colligavit, ut nemo incluserum elabi posset.
 Post hæc rediens iniecit: regiam cremavit. Puto Fengo-
 nis cubiculo, gladium lectulo adherentem, se in ejus lo-
 cum appenso, arripuit, & Regem ad Amlethi nomen terri-
 tum, frustra se defendentem, interfecit. Inde populo in
 concionem advocato, facinus suum detexit, & admiratione
 prudentiæ, tanto tempore dissimulatæ, facit ut se Regem
 crearent, induxit. *Saxo. l. 3.*

Nicolaus, Danorum Rex, profligato ad Roschildiam Erico,
 regni æmulo, Heraldico, qui ab Erico fratre decesserat, per-
 misit de Saxonibus fumere supplicium, quod machinas com-
 modassent Erico. Nares omnium præcidit per contumeliam, F
 rogans, An Haraldum conficisset. Erat inter eos quidam,
 qui se doctum affereret. Heraldus clericum esse credens, il-
 lum servavit, mensæque adhibuit, iussit sacram benedi-
 ctionem præire. Ille se fœditi, non confortandi doctum esse,
 respondit. Comitati dedit Heraldus impunitatem. *Cran. l. 5. Danicæ, cap. 15.*

Dum Uladislavus, Hungariæ, & Boemie Rex, Ludovicum
 F. in regni consortium Prage recipit, forti cauda
 gravis inter Boemos, & Hungaros seditio exorta est. Boemi,
 trucidatis circiter xiv. Hungaris, ceteros in fugam
 verfos, in ipsis diversis locis faciabant, & sæpe ipsolabant
 sine ullo discrimine. Stephanus Batori inter primos apud
 Hungaros dignitate conspicuus, aureis nummis passim pro-
 jectis se infrequentem memoratus, in arcem penetravit. Se-
 data turba, auctores tumultus comprehensi, & variis af-
 fecti suppliciiis, quidam excoiati, is potissimum, qui ves-
 titum Hungaricarum pretiosis exuvias sese exornant. *G
 Dabro. l. 32.*

Alexander Vvalachia Palatinus, gente Moldavus, cum fa-
 va multa plusquam tyrannica crudelitate, ipsisque Turcis
 minus usitata, in subditos designasset, tandem etiam vitæ, &
 salutis Bahni Michaelis, Petri Palatini Christiani, & Alexandri
 antecessoris filii insidiari cepit, eumque clam capi, & ad se
 duci præcepit. Praemonitus autem Michael in Ungariam se recipit,
 tandemque Constantinopolim profectus, intercessionem
 principum Vvalachia virorum, ab Amarathe III. Imp. Turc.
 Vvalachia, sive Moldavia Transalpinæ Palatinus magnificis
 ceremoniis inauguratur. Eo audito, Alexander, imperii impiè,
 imprudenterque admistrati perprobè sibi conscius, neglecto
 dominatu, turpiter aufugit: temporisque progressu cum fami-
 lia Constantinopolim profectus est: ubi novarum machinationum
 aculeatus, iussu regio in splendidissimo vestitu laqueo
 elisa gula, ipsa Palmarum Dominica Anni 1597. necatus est,
Nicol. Rejnev. in navar. Histor.

Ludovicus Flandria Comes, cum Gandavensem urbem re-
 bellem obsidione, fameque premeret: & cives per legatos pa-
 cem legitimam impetrare non possent: egressi cum quinque
 millibus, triginta hostium millia temporis momento fude-
 runt: eosque persequentes, cum ipsis Brugentem urbem, ubi
 Ludovicus commorabatur, ingressi sunt. Comes cum se in fur-
 nari lecto abdidisset, nocte urbem pedes egressus, ad insulam
 urbem evasit. *Aimoin. de gest. Franc. l. 4. c. 71. 72.*

Cum Acciolinus tyrannus ob indignationem amisse urbis
 Patavii omnes Patavinos, quos Veronæ secum in castris ha-
 bebant, comprehendi iussisset, numero circiter bis mille, &
 triginta novem, vel (ut alii scribunt) duodecim millia: Leo-
 nardus Malfurtus comprehensus, & morti similiter cum aliis
 destinatus, è ripa Athensis fluminis se præcipians, subus
 in fundo amnis inflat mergi perreptans, per septem millia
 passuum tandem enavit, cum omnino submersus cre-
 deretur, anno Salutis humane mccciv. sed paulò post in
 patria obiit ex morbo inde contracto. *Bern. Scardonus. l. 3. bistor. Patavina.*

Guido

Guido Anolius Patavinus, Acciolino tyranno propter
 A generis nobilitatem suspectus, cum esset jam capien-
 dus, nec exire clam mœnia Victina posset: Giramontem,
 Acciolini fratrem nocturni, cui equum sciebat esse vanalem,
 adit, atque hume stenti sibi pro more petit. Mox ad experien-
 dum equi cursum exera portam urbis, venditores cum equo
 fed se conferunt. Eò ubi ventum (ut erat equitandi peritus) vertens
 Guido equum insidens (in hora erat quasi vespertina)
 Aliquot longius provectus, delato hoste, tota illa nocte in tutum sese recepit, anno Domini mcccii.
 Hac ex Rolandini annalibus refert *Bern. Scardonus lib. 3. bistor. Pat.*

Auctores sunt, qui scribant, cum Clemens V. ordinem
 Templariorum damnasset, munusque, fontes in Germania
 ex decreto, sententiaque lata plectendi, ac lege agi jubendi,
 B Archiepiscopo Moguntino demandasset, hunc convocasse
 patres, sacerdotique provincie suæ. Frequenti illorum
 consensu tunc Hugonem clarissimum virum, cum viginti ordi-
 nis sui lecto vestibus ferro, nemine arcete auso, ingres-
 sus, clara, intrepidaque voce testatur, si quid gravius in sa-
 crum Templariorum ordinem statutum esset, se Pontificem
 maximum, qui in Clementis locum succederet, appella-
 re: absteritis patres inermes, imbellesque, ferocia nobilif-
 simorum militaris ordinis virorum, iussisse illos bono animo
 esse: certiore literis factum Clementem mictis respondisse,
 ac jus de integro querendi, statuendique Archiepiscopo de-
 crevisse: eum illos, quod infones se edoceret, causa cog-
 nita crimine liberasse. Homnibus absolutis, ordo tamen ipse
 abrogatus. *Æmilius lib. 8.*

Barnabas Vicecomes, Mediolanensis princeps, Joan. Galeaco,
 Galeacii II. fratris F. multò opulentioris imperii fortunam
 invidens, simul etiam filios arario furo graves, ex opu-
 lenta hereditate, patruelis per vim acquisita, beatos face-
 re cupiens, Joannem Galeacium quacunque ratione è me-
 dio tollere studebat. Galeacius verò gravi, callidoque inge-
 nio, audita, explorataque dissimulans, adversis insidias se-
 fe domi, & foris præmunivit, intimi officii ministris coar-
 centibus, custodiam verò corporis ex fidis veteranis adauxit:
 nec arcus limine pedem extulit, nisi explorato præcunibus
 armatorum turmis, & pratoria cohortè circumfusa. Ante
 omnia portò ad struendum ex longinquo dolum suburbana
 C templi supplicabundus sepe invisit. Itaque communicato
 cum paucis consilio, edicens se Mariæ virginis templum in
 monte supra Varesium oppidum solvendi voti causa, profe-
 cturum, è Tacino Mediolanum contendit. Huic cum Barnabas
 honoris arce occurret, Vercellensis porta prodeunte dem-
 dato figuro armati equites inermes, & mula vœlum com-
 prehendunt, & ad proximam portæ Jovis arcem cum Marco,
 atque Rodolpho filiis dederunt. Sicque Joannes & insi-
 dias Barnabæ evasit, & Mediolanensi urbe potitus est.
Jovius in vita Barnabæ.

Sergianus Caracellus Joannæ Neapolitanæ reginæ ama-
 tor, cum anxie rivales timeret, ut Magnus Sforciam tolle-
 ret, à regina impetravit, ut adversus Sanseverinæ familie
 proceres tumultuantes in Brutius mitteretur. Sforcia auctori-
 tate ingenti potius, quam belletu, fanatis Sanseverinorum
 mentibus, ita celeriter negotium conficit, ut ei Sergianus
 regredienti non in loco percussos pararet. Id ubi rescivit
 Sforcia, copiis ad Anchariam vicum subsistere iussis, obsole-
 ta lacinia indutus, armatusque tragula, & galeis, stabulario
 D famulis percussos seculit. Cùm enim in equi clunibus de-
 more manticia cum strigili gestaret, & cribrum ab ephippio
 dependenter, quis cum tanti nominis Imperatorem passisset?
Jovius in ejus vita.

Homo admodum pecuniosus erat Piceno in oppido
 Cingulo. Audivit hoc tyrannus loci, atque ad eripiendos
 numeros animum adiciens, dixit illum crimine læsæ majestatis
 tunc teneri, quòd hostes suos, ac rebelles domi abcondito-
 tate quam pecunias parare: V crum est, inquit, quod dieis, do-
 mine: sed mitte mecum stalleites tuos, ego illos tibi statim
 comprehensos dabo. Hunc in modum vitam suam auro re-
 demit. *Poggins in Facetis.*

Sedulius eques, Rotuillenses A. D. 1335. privatis inimicitias
 graviter affixit, quadam abegit, villas exulit, mirus in dissi-
 mulando artifice. Cum nobili quodam monachi habitu urbem
 ingressus, à magistratu tanquam Abbas honorifice exceptus,
 nec à quoquam cognitus est. Prædam agens, ab hostibus se
 L. B. Tostat. vit. Human. Tom. VI.

inclusum sentiens, molitoris habitu asellum farina onustum
 agentis evasit. Alio tempore in pago deprehensus, fœni faci-
 culum vertici imponens, lacris vestibus, nudisque pedibus
 hostes decept. *Stumpff.*

Bello Gallico, quod inter Henricum II. regem, & Carolum
 V. circa annum 1540. gestum est, Imperator capitalem po-
 nam in Germanos milites, qui Gallorum stipendia mererent,
 decreto promulgavit, & equites exploratores certis in locis
 apud Sequanos potissimum constituit. Deprehendit illi in
 agro militem unum ex iis, qui animam auro viliorum du-
 cunt: Sed quia ætus erat ingens, tabernam meritoriam um-
 bræ, sitisque causa subeuntes, captivo quoque (nihil in hoc
 genere Germanis humanius est.) poculum porrigunt. Miles
 tergiverfari primò: urgentibus autem illis, scutellam li-
 gnam è sinu depromere. Qui mos est ejus regionis carnifi-
 cum, ut ad communem mensam non admittantur, nec nisi
 prius è vasibus cibum, potumve capiant. Equites carnificis mi-
 nistrum esse rati, multis profecti hominem maledictis, qui
 non primò statim congressu quis esset, patefecisset, ad Gal-
 lum ire iusserunt, ut cum Gallo male periret. Hoc astu à sus-
 pendio semetipsum versutus miles liberavit.

VITÆ ALIORUM, IN AVERTENDIS, AUT
 DETEGENDIS INSIDIIS, ATQUE PERICULIS,
 prudenter prospicere, in judicio, vel
 extra judicium.

Exempla quadam pete ex Tit. Fidei servorum erga do-
 minos: item Fidei uxorum erga maritos.

Noe multò Abraham antiquior, quanta fuerit prudentia,
 non solum arca, quam tanto ante cataclysmum cœpit intex-
 re: sed vetustas ipsa, quæ illum sub Jani nomine bifrontem
 figuravit, planè demonstrat: indubitato præteritorum scienti-
 æ, ac futurorum argumento. *Sab. lib. 4. c. 8.*

Ægyptiæ obstrictes iussu præfocare mulierum Hebræarum
 mares pueros, obtemperaturas se Pharaoni dicebant, nec
 tamen obtemperaverunt. At cum non morentur factus, ac-
 cusatae respondent, ipsas Hebræas obstricticidæ inter cal-
 entes, antequam illas adissent, parere solere. Maluerunt G
 mendaciunculo isto uti, quam crudele regi præfocare ob-
 stricticidæ Deum, adificavit eis domos, per quas alii libe-
 ralia, alii æterna bona illis repenta intelligunt. *Marul. lib. 4. c. 4. ex Exod. 1.*

Raah, vel Rachab meretrix, certa, Israelitas Josue duce ur-
 bem Hiericho funditus everfuros, exploratores eorum domi
 exceptos non prodidit: quinimò operuit lini stipula, & qua-
 rentibus, abiisse dixit: Cùmque Hiericho solo aquata omnes
 passim trucidarentur, ipsam cum suis omnibus intactam reli-
 querunt. Insuper in tribu Juda recipi meruit, Salomoni uni
 ex principibus juncta, ut inter illas confertur, de quibus per
 successonem lineam nasci voluit Dei filius Jesus Christus. *Ibid.*
 Michol uxor Davidis, cum prudenter militum à Saulo
 missorum manibus eripuit, demittens cum per fenestram: &
 lecto imponens laris simulacrum cum cervicali caprino i.
 Reg. 19.

Cum Saul rex Davidem insidiis circumvenire cuperet, &
 necare: Jonathan Saul F. amicum suum summum de patris
 voluntate expiscanda (Saul enim cum Jonathan Davidi favore
 intelligeret, dissimulabat apud eum odium suum erga Davi-
 dem) admonuit hoc pacto. Novilunium die cum rege ad epulas H
 accumbere solitus erat David. Quòd si ergo, sede Davidis vacante, rex de ejus absentia benignè quæreret, spem salutis fore:
 sin acerbè, exitii. Sese autem ruri apud lapidem Oselem latita-
 turum. Jonathan id se observaturum, & voluntatem patris
 certis indicibus Davidi declaraturum promissit: nimirum scè ad
 eum locum cum puero exercitii caula venturum, & tres se-
 gittas ad latus ejus lapidis jaculaturum. Quòd si puero eas pe-
 tenti diceret, sagittas esse contra lapidem, rem fore in portu,
 & Davidi licere redire: sin ultra, fugiendum esse. His dictis, fa-
 cramento interposito, fœdus amicitia æternum pro se, suisque
 posteris cum Davide iicit. Die constituto Davidem ut fugeret,
 iactu sagittæ admonuit. *i. Reg. 20.*

Cum Jonathan Abiathar, & Achimais Sadoc pontificum
 filii, regem Davidem, à filio regno pulsum, de conatibus Absa-
 lonis certiore facere vellent, & ut Jordanem traicerent mo-
 nituri, proditi ab adolescente quodam, Bahuris in puteum
 quendam descendere, quem Mulier oppanso velo obdu-
 xit, & graneam insuper exposuit: & Absalon servis persequen-
 tibus

Ccc

tibus eos paulo ante flumen trajecisse dixit. Eo mendacio ju- A vnesilli servati, digressis persecutoribus ad Davidem pene- trarunt. 2. Reg. 17.

Cum Babylone Seniores duo Judaei Susannam, ob denega- tum stuprum, falso de adulterio accusassent, falsumque ad- versus eam testimonium dixissent, ut jam ad mortem con- demnata esset: Daniel, puer etiamnum, se verè objuratis Israëlitis, qui quaestione nulla habita, insontem morte plecte- re cogitarent, permisso illorum tribunal descendit, & singu- latim de senioribus quaestionem habuit. Cumque alter sub- jectus, alter sub illic Susannam se cum juvene adulteran- tem confexisse dixisset, perfidia illorum cognita populo la- pidibus obruendos tradidit. Daniel. 13.

Supplevit veram Thesei originem Aethra mater, quod Aegaei esset filius, metu Pallantidarum: Rumor autem fuit per Pitheca vulgatus, esse eum ex Neptuno progenitum: siquidem colunt eximie Tritonen Neptunum, atque est hic tutelaris isis deus, cui primitias frugum libant, & tridentem nummi ha- bent notam. Plut. in Theseo.

Cum Cyrus junior ob strugas fratri Artaxerxi Persarum B regi insidias in templo occidi deberet: Parysatis mater capil- lis suum collum Cyri filii collo colligans, vitam ei multis la- mentis, & obsecrationibus servavit, effecitque, ut remitteret- ur ad mare. Plut. in Artaxerxe.

Circa Olymp. 78. cum terramotus miserè Spartanorum ingentem numerum oppressisset: Archidamus Lacedaemo- niarum rex, prudentia sua ruinis terramotis cives eripuit, & bello invadentibus hostibus generosè, & impigre oc- currit. Nam cum primum terramotus concussio lavare, atque urbem premere coepisset, primus omnium, ere- ptis omnium ex urbe generum armaturis, in campos sub- aptum caelum properavit: reliquique civibus manda- vit, idem facerent, ac sequerentur. Dion. lib. 11. & Poly- bænus lib. 1.

Virginis Milefiae, repente sine ulla evidenti causa, vo- luntatem ceperant obeunda mortis, plurimaeque jam su- spendio vitam amiserant. In mortuas non videbat Milefo- rum senatus quo jure animadverteret: an bonis, an sepul- tura privaret. Non enim delicti conscientia, sed animi do- lore, & aegritudine manus sibi attulisse. Contra, id frequen- titus accidere, quam ère & commodo reipub. diutius ferri, atque dissimulari posset: igitur quod arte mederi non vale- ret, in posterum metu, ac lege prohibendum. Quare Mile- fo, suavis Matrona (Plutarch. de virt. mul. viro prudenti tribuit) decreverunt, ut quae virgines corporibus suspensis mortuae deprehenderentur, hæc post hanc legem, cum eodem laqueo quo praevidet, & illigata essent, nudæ to- ta via publica ad sepulcrum efferrentur. (Plut. Nuda tan- tum foro medio elatas scribit) Post quod decretum virgines voluntariam mortem non concupivisse dicitur, pudore solo deterritas tam inhonesti funeris. Nam ne quidem omni funere senatus eas privare voluit, atque insepultas abiici, quæ morbo, non turpis alicujus flagitii conscientia sibi mor- tem attulissent: sed cogitatione funeris ignominiosi (cus- tus vivis nobis maxima cura est) vitam retinuit amittere vo- lentibus. Quid enim? nam & a Diodoro narratur lib. 1. nihil tam in Aegypto reges ad vitam justam, & honestam ad- duxisse, quam si fecis facerent, metum, atque formidinem denegata sepultura. Cellius lib. 15. c. 10. & Plut. in Theseo, & Polyænus lib. 8.

Phronime Etearchi regis filia, à noverca impudicitia no- mine apud parentem falso accusata fuit. Iste ab uxore dece- pto rem de filia nefariam commentus est. Theram enim D negociatorem quemdam nomine Themisonem, in familiari- tatem acceptum adiunxit, ut quam rem oraretur, in ea se mi- nistrum præberet. Deinde adductam ei tradidit filiam suam: jubens, ut eam in mari demergeret. Themison accipiti animo inter nefas operis, & hospitiæ perfidiam accepta puella mare ingressus, cum in alto fuit, ut jurjurando Etearchi satisfac- ret, revinctam funibus puellam demisit in pelagus: eam deni- que retractam, Theram perduxit, ubi à Polymnesto in con- cubinatum assumpta fuit. Herod. lib. 4.

Mater infantem videns pueriliter per fenestram prorepen- tem, jamque casu proximum ingeniosè eundem ostensa mamma retraxit. De hoc Antipater Thessalus in 1. Epigram- matum sic philosophavit: παιδὸς ἀπὸ τῆς ἄνοιαν κεραιῶν ὑπὲρ τῆς ἀντιόχου κληρονομίας, ἡ μήτηρ ἐξέλιθεν μάκαρ ἠντιόχου τὴν θύμην. διὲ πικρὰ ζῆλον ἐγκρατίζουτο γὰρ αὐα.

Antigonus Antipatrum, cum in periculum venisset, ut la- pidaretur à Macedonibus, eripuit. Inter medium exercitum E flumen erat rapidissimum, ponte conjunctum. Hinc sua ta- bernacula Macedones habebant, ante Antigonum cum qui- busdam sibi adherentibus, & consentientibus equitibus. Illi magno cum tumultu, & vociferatione stipendia petebant, mortem minitantes, nisi accipissent. Antipater non ha- bens quod numeraret, in fumis difficultatibus versabatur. Cui Antigonus? At, inquit, ego tibi descendendi facultatem præstabo. His dictis, cum ipsa armatura per pontem cucur- rit, & medias phalanges dividens, singulos adibat concio- naturo similis. Macedones viro illustri cedebant, & desiste- bant, omnesque sequebantur, audire quid dicere vellent. Postquam verò circumfuit multitudo, longam orationem habuit, defendens Antipatrum, promittendo, hortando, conciliando. Inter hanc prolixam concionem, Antipater transiens cum equitibus pontem, militum lapides effugit. Polyænus lib. 4.

Calliam tædierum propinquam Aristidis, inimici rei ca- pitalis postulaverunt. Qui cum crimina obiecta transisset defunctoriæ, hæc extra causam ad iudices commemoraverunt: Aristidem, inquit, nostis Lyfimachi filium, cujus magna F apud Græcos existimatio est, virum uti iustissimum, ita pau- perissimum. Eum Callias tamen confobrium suum, Athenien- sium pecuniosissimum, negligit cum liberis, & conjugæ premi- penuria: quo multum usus est, & ex cuius apud vos auctoritate frequenter cepit fructum. Hac oratione Callias videns vehementissime invidiosus iudices in se exarsit, & excita- vit Aristidem, rogavitque ut testimonium apud iudices perhibe- ret: cum sæpenumero multa obtulisset ei, atque ut accipe- ret, oratit, recusasse ipsum, ac respondisse: Plus gloriamdum sibi egessatis causa, quam pecunia Calliz. Quippe multos ostendit posse, qui rarum esse exemplum: erubescere au- tem paupertatem illos, qui inviti egeant. Hoc testimonium cum Calliz dedisset Aristides, nemo fuit auditorum, quin ita discederet, cum Aristide ut præparet pauper esse, quam dives cum Callia. Hoc Aeschines Socraticis literis prodidit. Plut. in Aristide.

Anniceris Cyrenensis, cum Plato ab Aeginete captus mor- ti ad iudicaretur, quod ut testimonium agnoscere, quamvis in- vitus in Aeginam descendisset (capitale enim erat vel Athe- niensem Aeginam, vel Aeginatam Athenas accedere) ingenio- sè Platonem liberavit, Legem hanc de nominibus tantum la- tam esse dicitans, non autem de philosophis, qui medicæ ju- rissimam naturæ, veluti heros quidem, inter eos, & homines essent. Hac voce persuasi, accepto pretio viginti minarum, Platonem liberum abire permisissent. Laert. lib. 3.

Cloacarum opus in urbe Roma omnium maximum, & penè incredibile erat. Cum eas rex Tarquinius Priscus ple- bis manibus, & opera faceret, effecitque labor incertum, an longior, an periculiosior, passim conscita nece. Quiritibus hoc tædium fugientibus: idem remedium invenit Tarquinius, ut omnium ita defunctorum corpora crucibus figeret spe- standæ unicuique, simul & feris, volucribusque laceranda. Itaque pudor iste proprius Romani nominis, quo sæpe res in bello perditæ servatæ sunt, vivos etiam, ne sibi mortuis hæc ignominia contingeret, à scelere & injuria propria cohibuit. Plin. 136. c. 15.

Cæso Tib. Graccho, Senatus ad leniendum dolorem ple- bis, agrorum divisionem impugnavit destitit, facta illi po- testate alterius in Gracchi locum eligendi, qui agrorum duobus aliis plebi assignaret. P. Crassus est illi substitutus. H Sed nec sic quoque plebs dolori suo temperare potuit: o- derat insensè senatum, & sed omnium maxime P. Scipionem Nasicam, cadis Tiberianæ auctorem, maledictis propa- landi incescere, præterea exhereditari, ut impium abomi- nati, quod tribunicio pollutus esset sanguine. Et etiam ac- cusatores illius ad populum parabantur, perissetque sub- tam infenso iudice, nisi Senatus de eius salute sollicitus, le- gationis prætextu in Asiam ablegasset, ubi haud multo post circa Pergamum fato dececit. Parum abfuit, quin & P. Scipio Africanus absens, sic eadem invidia resperisset, atque favore populi defestitum, quod ad primam Gracchanæ cadis famam Homericum illud pronuncia verit: Sic perant, & qui molli talia pergent. Sab. lib. 9. En. 5.

Pacuvius Calanus, senatus Campani periculum, quod ei à plebe Hannibalis opibus post victos ad Thrasymenum Ro- man. faventi imminerebat, ita discessit, ut & Senatui incolu- mem servaret, & plebis gratiam retineret. Namque plebs de- perden-

perdendo Senatu morem se gerere velle ostendit, ut tamen A ante de alio sufficiens Senatu, pacificeretur. Cum ergo senatorum damnatione incepta, ipsius plebis iudicio non in- veniretur, qui honestè in Senatu legi posset, deteriorum- que electionis pudor, atque res eo vergeret, ut nihilomi- nus omnes in damnatorum locum suffici cuperent: quia alia ratio tollendæ contentioni, meliorumque habendorum non erat, de Senatus mutatione integra res relicta est. Quæ res in posterum plebem, Stratumque, ut melius conveni- ret, magna Pacunii apud utrumque ordinem gratia, ef- fecit. Fulgosi. lib. 7. c. 3.

Philippensis acie vidit Bruti militibus, erat Lucilius qui- dam inter M. Bruti amicos vir bonus. Hic equitum catervam barbarorum cernens in confectando ceteros negligentes, in Brutum autem effusus se ferentes habens, statim periculo suo illos inhibere, paululumque à tergo relictus, ipse Brutum se esse indicavit. Et fidem faciebat: quia oravit, ad M. Anto- nium ut ducerent se: quasi Cæsarem timerent rati suam, ab- duxerunt illum die jam sero, præmissis certis ex suis ad Anto- nium nunciis. Latus ille processit ducentibus obviam: alii- que qui vivum atrahi audierant Brutum, accurrerunt, par- tum ejus miserantes fortunam, partim illa gloria ducentes in- dignum, qui lucis cupiditate præda factus foret barbarorum. Cui appropinquarent, substitit Antonius superflus, & quemadmodum Brutum exciperet. At Lucilius ad eum adductus fidenti animo: M. Brutum, inquit, Antoni, nemo cepit, ne- que cepit hostis. Dum meliora, quam ut tantopere virtutem calcet fortuna. Verum ille reperit vivus, vel certe, ut illo dignum est, mortuus. Ego verò militibus tuis imposui, atque adsum, nihil huius rei causa fuisse acerbi recusans. Sic fato Lucilio, omnibusque obsequefactis, Antonius in illos, qui adduxerant eum, intuitus: Nempe inquit, inquit, fertis committentes, quod errore isto arbitramini vobis illu- lum. Verum habetote, carissime viri, quem quærebatis, re- peristis prædam, quippe dum hostem quaeritis, adduxistis no- bis amicum. Nam ego Bruto, incertum sum herelè quid fa- cerem, vivente. Tales verò amicos malum adipisci, quam hostes. Ita locutus, & Lucilium complexus, commendavit eum tunc unum amicum, eoque deinceps fido, & firmo ad omnia perpetuo usus est. Plut. in Bruto.

Cuius Antius Restio proscriptus à Triumviris clam se in- temeritate nocte subducere vellet: ejus futurum egressum ob- servavit Servus, ab eo vinculis coercitus, inexpugnabile literarum nota per oris contumeliam inustus: & nihil mora- tus injuriam sibi ab hero illatam, ut sensit cupidus sanguinis miles super venire, amoto domino rogum extruxit, eique egegent à se comprehensum, & occisum senem superiecit. Interrogantibus deinde militibus, Ubinam esset Antius? manum rogo intendens. Ibi illum datis sibi crudelitatis pial- culis urit, respondit. Quia verisimilia loquebatur, habita est voci fides. Quo evenit, ut Antius statim quaerendæ in- columitatis occasione assequeretur. Val. Max. lib. 6. cap. 8. & Dion. in Aug. & Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 11. & Appian. lib. 4. Bell. civil.

Perpenna, nefarie occiso Q. Sertorio, è quo hæres fuerat scriptus, & à Cn. Pompejo victus, ut se ad Pompejum duceret, miles hortabatur, pollicitus fore, ut illi literas à primo- ribus civitatis ad Sertorium datas traderet, ipseque indicio deferret multorum nomina, qui Sertorianæ factioni occultè favissent. Sed tantum abfuit, ut Pompejum per ea illam novæ discordiæ causam quaerit, quod literas diligenter conquis- itas, nec ipse legit, nec ab alio legi passus est, sed in fascem unum collectas fideliter concremavit, Perpenna eade, prius- quam ad se traheretur, imperata. Sab. lib. 4. En. 6.

Herodes Judæorum rex, Alexandrum F. cui Glaphyra Ar- chelai Cappadocia regis filia juncta fuerat, propter strugas insidias in vincula coniecit. Archelaus genero prospectum cupiens, Hierosolymam continuo advolat, & sese Alexandri facinus detestari clamat, & Herodi autorem esse, ut de se cle- rato penas sumat, sese in filiam Glaphyram, si facinoris conscia deprehendatur, se verè animadverturum: sin minus: ac certe conjugium dirempturum, ne patriciæ concubitu ulterius coningatur. Hac oratione Herodis animam, qui excusatione criminum magis exacerbari quam mitigari con- severat, ita fixit, ut Archelaum ipsum monerit, patrem se esse recordaretur, nec quid gravius in filiam statueret. Tum Archelaus Herodem vicissim liberè sui erga officii filium ad- monuit. Josephus in Antiq.

Cum in theatro conclusus esset populus Romæ, interfe- L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

cto Cajo Imper. & metu militum Germanorum progredi non auderet: Arcyon medicus correptus, ut curaret quoddam E focios, prætextu parandorum remedium dimisit proximos: reverà autem ut sese præfecti periculo eximerent. Josephus lib. 19. cap. 1.

Interfecto Cajo Imper. cum Germani milites eadem ejus vindicare cuperent, & strictis gladiis theatrum invassissent, omnes interfecit: Aruntius, homo gratiofus, qui voca- lis erat, utpote præco rerum vernalium, theatrum in- greditur habitu quàm maxime ad luctum composito: nun- ciatque Cæsaris mortem multitudini. Deinde cepit revocare Germanorum impetum, simulque tribuni jubebant gladios recondere, significantes Imperatoris interitum. Quæ quidem certissima salus fuit conspiciat in theatro multi- tudinis, & eorum qui quomodocumque incidere in Ger- manos: qui si aliquam spem incolumitatis Imperatoris ha- buissent, à nullo abstinissent maleficio: adeo illum dili- gebant, ut suarum animarum jactura redemptam salutem ejus cuperent, nullo respectu calamitatis Reip. Josephus lib. 19. cap. 1.

Imperator Michael Balbus, Thomam regni æmulum per- cunctatus erat, an ex aulicis quoque conscios quosdam suæ seditionis, & focios habuisset? Puerat haud dubie multos de- latorem, nisi Joannes Exabulius patricius monuisset Impera- torem, non convenire, sed prioris rationi repugnare, inimicis fidem habere amicos accusantibus. Quæ ille voce multis mi- serorum civium, amicorumque Imperatoris supplicis anfas præcidit. Cedrenus.

Anno 1168. cum Fridericus I. Imper. gravissima obsidio- ne urgeret Mediolanum, cives ad extremam famem perdu- cti, deditionis fecere mentionem, promissa incolumitate civium. Cæsar unum excepit rebellionis auctorem. Id ubi comperit, Abbatissæ loci, in quo manebant corpora trium Magorum, germana foror ejus pacta est eum Reinoldo Ar- chiepiscopo Coloniensi, vitam fratri (se ebat enim cives extrema fame pressos necessitati cessuros) & pro munere po- liticia est sanctas illas reliquias. Sciens Archiepiscopus in- dignationem Cæsaris, honesta fraude illum circumvenien- dum putavit, pro munere deposcens, quod Abbatissæ ex- portaret. Cæsar indulgit. Illa fratrem humeris, ut potuit, eiecit. Sic ille servatus est, & Episcopus sanctas ex pacto reliquias accepit, & Coloniæ misit. De Partia dudum G venerant Constantinopolim, & inde Mediolanum: ubi DCLXXI. feruntur annis quievissè. Crantzius lib. 6. Saxo- niæ, c. 28.

Ricardum, Gulielmi Normannorum ducis F. puerum, Lu- dovicus Francorum rex, ann. 943. Rothomago abductum sub specie tutelæ, per occasionem è medio tollere decreverat. Ex pedagogis quidam miseratus puerum, suavitè simulare mor- bum, ut abducendi ejus arripere occasionem. Puer prociens in lectum, capitis, & totius corporis malam questus valitudi- nem: nullum interdum cibum accipit, fidem facit custodiibus veri morbi. Illi proinde custodia diligentiam intermittere, securi, quod per aegritudinem neque abire, neque abduci pos- sit. Cum rex cibum caperet, pedagogus congestis paleis pue- rum involvit, fascemque deportat, quasi equo pabulum fer- ret. Stratum equum incendit, paleam ante se ferens: nec ante quievit, donec inde per noctem Sylvanectum venit. Crantzius lib. 3. Norvegiæ, c. 8.

Conradus III. rex Rom. contra ducem Bavariz Vvelfionem tyrannidem affectantem bellum gerens, Suevia oppidum Vinisbergum obsedit, in deditionem accepit, & ex gratia H Matronis concessit, ut quæcumque humeris portare possent, efferrent. Illa neglecta supellectile, maritos suos singula hu- meris extulerunt. At Fridericus frater Conradi contra pa- cta illas facere exclamabat, neque dolo danda veniam. Imperator verò & prudentia, & pietate illarum collaudata, in- columes cum suis abire iussit. Abbas Spanheimensis, Gottfri- dus Piterbiergh, & Amilii lib. 7. Facinus dignum memo- ria: quo sic oblectatus fertur Laurentius Medicus Florenti- nus princeps, ut ex ejus lectione à morbo gravissimo con- valuerit. Similialtu Cremenfium mulieres vice perhibentur, hac conditione in gratiam recepti fuerunt, ut non plura fecum bona efferrent, quam possent humeris, aut manibus gesta- re. Relictis enim bonis, filios, parentes, cognatos, cum agrotos tum sanos exportarunt. Quinetiam eo bello, quod anno 1499. Sueni confederati contra Helvetios Maxi- miliani I. auspiciis gesserit, Helvetii Blumenfeldam oppi- dum Cleggoviz in potestatem redegere, vitam obfessis

pauci, & quantum singuli humeri efferte possent. Uxor Ro-

Regnabat in Illyrico apud Boffinatens, Bodinus à Polimiro

Conjuraverant contra Petrum Medicem, qui Florentino-

Joanna regina Neapolitana à Carolo Duratio Hungaro,

Franciscus Strozia Mediolanensis dux, cum adhorta-

SANITATI PRUDENTER CONSULERE.

MORBUS PRUDENTER OBSTARE.

Consule Tit. Prudentia Medica, quatenus in morbis co-

prudentiam quoque adjuvant exotericam.

IN GENERE.

Babylonii consuetudinem simul, & legem habebant ef-

Scoti veteres morbo comitiali, amentia, mania, aut simili

tabe, quæ facile in prolem transfunditur, laborantes, ne

IN SPECIE.

Thebis Præcæ filiam habuit Galinthiadem, Iudi, & vitæ

De Opimio per Medici prudentiam curato sic scribit Ho-

Pauper Opimius argenti postis intus, & auri;

Medicus quidam cum ægrotò daret operam, qui à phre-

Medicamentum propinare.

Galenus Romanam mulierem herpete in malleolo labo-

Medicus quidam febribantem immergitur, nec nisi

Mutilationem prohibere.

Cum Perianther Cypseli F. Sardis ad Halycratem castrandos

contingerent. Deinde cum eos, ne à pulvinari abstraheren-

Cum Colomanus Ungaricus rex, excecato Almo fratre, si-

Theobaldus Camerinus princeps, cum Beneventanis

Heracleotæ in Ponto, cum à Clearcho tyranno aconitum

Ob Astynone, Chrysi sacerdotis Sminthii filiam, patri

Anno 1565, qui toti ferè Gallia peste, pestilentibusque

Anno 1565, qui toti ferè Gallia peste, pestilentibusque

Melancholiam abigere.

Virgines apud Milesios quondam animi motus corrumpit;

ex causa nescio qua occulta, dirus, & horrendus. Infectum

Romana quædam cum in melancholiam incidisset, quòd

VERBERA PRUDENTER EFFUGERE.

Paulus Apostolus Hierosolymis à Tribuno loris vincitus

ANACREON TEJUS à POLYCRATE SAMIORUM TYRANNO

Fuerat Sigismundo Cæsari ex Hungaria allata quadra-

EXERCITIIS PRUDENTER CONSULERE.

Idem certamina sola permittit suis civibus, in quibus manus

PRUDENTIA EXTRA BELUM IN-VENTRIX FORUM. QUAE AD FORTUITA bona pertinet. FELICITATI PRUDENTER CONSULERE. INFELICITATEM AMOLIRI, In genere.

Jacob, cum fratrem Esau, rure redeuntem, lassitudine, & fame confectum videret, & ipse edulium ex lentibus coxisset: non prius fratri famelico illud concedere voluit, quam prerogativam aetatis (erat enim primogenitus Esau) sibi vendidisset. Prerogativa autem illa omnium bonorum abundantiam continebat. Gensf. 25.

Rebecca Isaac uxor, cum Isaac Esau primogenitum rus misisset venatum, ut ferina satiatum ei bene precaretur, in Jacob, quem magis amabat, eam felicitatem derivatura, abscitente Esau, pellibus haec dicit Jacob manus, & cervicem mutuit: ut si a patre caeco atrectaretur, Esau esse crederet, qui hispidus erat toto corpore. Mox apparans edulium ex haedis, Jacob intronitit. Et igitur Isaac tanquam Esau suorum, & Esau a felicitate sua, quae illi ob prerogativam aetatis debebatur, quam tamen prius Jacob vendiderat, excidit. Gensf. 27. At mysteriosa sunt haec, & providentiae divinae argumenta, id quod suum est cuique tributis. Pellunt Chananeos Israelitis finibus, quos priores illi occupaverant: nec qui possederint, sed quam iuste, quaerendum est. Marul. lib. 4. c. 4.

Amasis rex Aegyptiorum, cum Polycrati Samiorum tyranno omnia prospere succedere videret, insidias fortunae in amico metuens, consilium dedit, ut quandoquidem nimis prospera uteretur fortuna, ipse sibi ipse abiectione rei charissimae dolorem aliquid, veluti remedium continuae felicitatis, conciliaret. Tantam enim, & tam diuturnam fortunam constantiam aliquid monstrari alere. Paruit Polycrates, & annulum signatorum in mare abiecit. Eundem tamen paulo post in pisce reperit. Amasis igitur amicitiam Polycratis renuntiavit, ne ex lege amicitiae ob gravem aliquem illius casum summo afficeretur aliquando dolore. Herod. lib. 3.

Craca venesica, Regneri Dani pugilis uxor, epulum ex trium colubrorum tabo confecerat, & partem quidem ferculi albam ex albo serpente paratam Erico privigno, nigram vero croceis distinctam notis, ex duobus serpentibus atris contestam, Roltero filio proposuit. Ericus degustato ferculo ex utraque parte, bono suo fato, ut erat urbanus, catinum invertit. Sic, iniquis, aestuante mari puppis in proram ferri solet. Comedit inde, omniumque rerum cognitionem admirando modo confectus est, ita ut ferarum quoque, & avium voces intelligeret: fides sit penes scriptorem, qui est Saxo Grammaticus lib. 5. hist. Danorum.

DIVITIIS PRUDENTER INVENIRE, ACQUIRERE, SIBI, ALIISVE, PUBLICE, privatim. TRIBUTO, VECTIGALIBUS. Cyselus Corinthius vovit Jovi, si dominus civitatis fieret, quae Corinthiorum essent, omnia se ei oblaturum. Potius autem dominio, praecipit eos describi. Cum descripti fuissent, decimam partem a singulis accepit: at ex reliquis partibus praecipit ut operarentur. Exacto subinde anno, idem fecit. Quare evenit, ut in decem annis ille cuncta habuerit, quaeunque sacrificaturum se voverat, Corinthii autem reliqua possederunt. Arist. in Oecon.

Ophellas Olynthius, constituens curatorem super pacis Arthritidem, cum accessissent ad eum principes loci illius, dixerunt, se velle illi multa plura dare: precabantur autem, ut mutaret curatorem. Interrogavit eos, An contribuere possunt, quae pollicebantur? Affirmantibus ipsis, curatorem dimisit: quae autem ipsi promiserant tributa, exigi praecipit. Sic nec curatorem spernere visus est: nec illos ad maiora tributa, quam ipsi statuerant, solvenda coegit. Aristoteles in Oecon.

Mendici, iis, quae a portibus, & aliis vectigalibus proveniebant, utebantur ad gubernationem civitatis. Ex tributis autem, quae ex terra, & familiis proveniebant, nihil accipiebant, sed annotabant tantum eos, qui illa habent: & cum necessitas pecuniarum ingrueret, pecunias absque scenore utentes. Aristot. in Oecon.

Mausolus Cariae tyrannus, mittente rege ad eum pro tributo, congregans ditissimos regionis, dicebat regem polcere tributum, se autem non esse solvendum. Quidam ex composito

pollicebantur ei certam summam. Ditiores partim verecundia, partim metu, multo plura quam illi, promiserunt, atque E obrulerunt. Idem.

Ephesii, cum pecuniis egerent, legem posuerunt, ut mulieres aurum non gestarent: quantum vero in praesentiarum haberent, mutuarent civitati. Idem.

Chabrias Chamo Aegyptiorum regi pecuniis indigentium consilium dedit: ut ditiores regionis incolae juberent confestim, quantum uniusquisque posset, auri, vel argenti contribuere: pro iis vero, quae darent, annua tributa esse remitteret. Hoc pacto multas pecunias collegit, neque tamen injuriam cuiquam fecit: sed omnes postea quemadmodum dederant, receperunt. Ibidem.

Darius Persarum rex, primis tributa gentibus imposuit. Verum ne molestae ferrent, non ipse exegit, sed satrapas constituit, ut jussit. Quibus ingentia tributa deferentibus, ipse dimidiam partem remisit subditis. Qui libenter dimidium pendebant, quasi magno beneficio ab rege affecti. Polyenus lib. 7. & Herodotus.

MERCIMONIIS, VENDITIONE, EMPTIONE, COMMUTATIONE, LOCATIONE.

Huc omnes mercatorum methodi, ut ita loquar, hoc est, rationis ac quidem operis, per commutationem, referri debent. Ipsa quidem exercitatio mechanica est: at ingenii acumen, si honestatis limitem non excedat, ad Prudentiam practicam pertinet.

Thales Milefius, cum ex futuro Vergiliarum ortu, sequentem annum oleis uberrimum fore perspexisset, venditores praecipit, diu ante olearum ejus anni fructibus empsis, haud admodum grandi pretio, quod aliquo jam annis ante uber olearum fuerat proventus. Itaque cum, ut ipse praeviderat, eo anno copiosus oleae, sequente vero infecundae fuissent, ingens lucrum facit, & aperte ostendit, non facultatem, sed voluntatem opes congerendis, sapientibus deesse. Cic. lib. 2. de Divin. At Plin. lib. 18. cap. 28. Democrito hoc tribuit, & idem Sextium Romanorum Athenis fecisse testatur. Aristot. vero lib. 1. Polit. sub finem, non olearum fructum coemptum (quod monopolium ingenti pecunia, quanta in philosophum non cadebat, opus habuisset) sed olearias officinas (δωαροποιε) levi pretio a Thalete conductas fuisse asserit: ex quarum locatione, cum uberrimis oleae proventus sumpsisset, quantum fecit maximum. Id ipsum Laert. confirmat.

Lampaceni, cum expectarent tritices multas ad se venturas, & modis farinae quatuor drachmis vaniret, praecipere, ut emptoribus venderent modium sex drachmis, & olei choem drachmis quatuor, & a tribus obolis: & vini, & aliarum rerum precia similiter posuerunt. Antiquum ergo precium privati recipiebant: at quod plus erat, ultraque precium, civitas. Arist. in Oecon.

Byzantii indigentes pecuniis, lucos publicos vendiderunt, & fructiferos aliquos tempore, infructuosos vero perpetuo, & ea, quae ad societates, & ad patriam pertinebant, & quae in locis privatis jacebant. Emebant enim carae quoque divites eas possessiones, quae quocumque societatis publicis interviebant, aut circa gymnasia, aut forum, aut portum: piscinas item, & salinas, tabernas artificum, & vatium, & pharmacia vendentium, & consilium. Tertium quoque partem mercedis operarios contribuere ordinaverunt. Nummorum denique commutationem unius campforis mensae commiserunt: & penes nullum alterum potestas, aut dare, aut accipere. Idem.

Idem, cum lex esset, ne quis admitteretur civis, qui non esset parente utroque civis natus, sanxerunt, Quicumque esset solvendo libras triginta, fore civem. Idem.

Idem in rei frumentariae inopia, facti inopes pecuniarum, reducerunt naves ex Ponto. Tempore autem facto, mercatoribus molestae ferentibus, tributum dederunt illis scenus sexdecim: vendentibus etiam statuerunt ultra precium dare totius partem decimam. At vero cum nonnulli incolarum foenerati fuissent super possessionibus suis, decreto statuerunt, ut quicumque tertiam partem antea scenus vellet, libere possessionem suam haberet. Idem.

Selybriani pecunia laborantes indigentia (lege apud eos posita, cum in fame constituti fuissent, non educendum esse triticum: apud eos autem verum triticum abundare) statuerunt privatos civitati dare triticum, determinato pretio, unoquoque retinente ad annui victus sufficientiam. Deinde statuentes precium,

precium, quod illis recte se habere videbatur, unicuique ad accipere volenti venderent. Idem.

Ephesii pro columinis, quae erant in templo, statuerunt, argentum esse solvendum: ejus autem qui solvisset, nomen esse scribendum, perinde ac si obtulisset. Idem.

Antifilus, cum civitas indigeret pecuniis, & cives confuissent, splendide celebrare Dionysia, in quibus varia, & multa consumebant quotannis, atque preparabant: persuasit illis, ut Baccho voverent, duplum sequenti anno se daturos: illa autem congregantes, vicinis urbibus venderent. Quae cum ita fecissent, collectae sunt pecuniae ad eorum usum non modicae. Idem.

Pythoeloes Atheniensis consuluit Atheniensibus, plumbum ex Tyrus accipere, qui in civitate privati essent, eo quo vendebat pretio duarum drachmarum: deinde statuit illis precium sex drachmarum. Ibidem.

Iphicrates in summa pecuniarum egestate suasit Atheniensibus, ut aedificia, quae eminerent in publicas vias, rescinderent, aut venderent. Itaque Dommi aedium multas pecunias contulerunt, ne mutilarentur, aut labefactarentur aedificia. Polyen. lib. 3.

Atheniensium quendam hominem ajunt, non admodum locupletem, cum omnia ditraxisset, & quod inde erat redactum ad centum stateras, offerret Alcibiadi, quem deperibat, ut acciperet, orans: aridans, laetique vocavit ad cenam Alcibiades. Benigne accepit aurum homini reddidit, justitque, ut redimentes postero die vectigalia publica licitatione superaret. Detrectanti, quod multorum talentorum esset licitatio, denunciavit: ni faceret, sed verberibus eum multaturum. Erat namque privata quadam ei cum publicis offensio. Manens igitur ad forum profectus incola, addidit licitationem talentum. Ubi collatis capitibus indignantes publicani laudare eum iusserunt praedem, tanquam reperitus neminem esset. Percussio homine, & jam recedente, procul stans Alcibiades archontibus: Me, inquit, scribite, meus est amicus, ego pro eo spondeo. Quo audito, omne illum abscissum consilium fuit. Soliti enim secundis redempturis dissolvere priores, non expediebant rei difficultatem. Precibus igitur hominem aggressi sunt oblata pecunia: sed non permisit Alcibiades, ut minus caperet talentum. Quod ubi accepit, ea mercede iussit ut in causam relinqueret: atque ea ratione homini subvenit. Plut. in Alcib.

M. Cato intencior ad quantum, agriculturam in oblatamento potius numerabat, quam in fructu. Emolumenta autem in rebus securis, & certis, collocans, lacus paravit, aquas calidas, loca fallonibus idonea, praedia, quae pascula haberent, & sylvas nullovis, unde magnum compendium faciebant, quibus nec Jupiter posset, ut ipse ait, nocere. Plut. in ejus vita.

Anno 1136 Angli placuit providere, ne opes, quae mercium usu in dies singulis in insulam inferebantur, aliquando dissiparentur. Itaque lege exceptum est, sub Edwardo III. ut nemini homini neque Anglo, neque externo liceret, in posterum tempus aurum, argentum calatum, sive signatum, de regno in continentem exportare. Quo factum est, ut mercatores extranei mercium suarum precia coacti sint in alias merces infumere. Decretum istuc etiam nunc servatur, perpetuatum, uti regno utile, ab aliis, qui secuti sunt Regibus. Polyd. lib. 19.

Anno 1439. in Anglia statutum, ut non amplius liceret mercatoribus externi generis suas merces in regnum importatas vendere aliis quibusvis hominibus, nisi Anglis, ut ne monopolia inter se instituerent. Quae lex uti republicae commoda, etiam nunc servatur. Polyd. lib. 123.

Rodolphus Bohemiae Rex, Alberti Caesaris F. negotiationem in argenti fodinis Cuthnensis praecedebat, vinum, sal, hordeum, triticum, ad panes, & cereviam coquendam ex Austria de horreis suis conveyendo, preciaque rebus pro mercedibus ex arbitrio suo constitutendo, atque in eo genere mercaturae monopolium sibi vindicando, si se necessitate compulsum, hoc descendisse dicebat, ut hoc modo summam atari inopiam sublevaret, & debita per utrumque Veneseaum Reges contra dacta, dissolveret. Addeoque duo millia aureorum in illis ipsis montibus hebdomadam ari alieno dissolvendo tribuebat. Dubravus lib. 19.

MUTUO, FOENORE, EXERCENDO, Dissolvendo. As alienum prudenter dissolutum. Consule Tit. Foeneratorum licentiam cobibere.

Mulier quadam de vatum uxoris, mortuo marito cum urgeretur a creditoribus Eliseum implorabat, ne filii in fer-

vit utem ducerentur. Quarentique Eliseo, quid sibi ab illo vellet fieri, & quid domi haberet? respondit, Nihil praeter ampullam olei. Tum ille jubet, ut vasa foris corrogatum ea ab omnibus vicinis, eaque vacua, nec pauca. Deinde ingrefta domum, & se suisque filiis ostio inclusit, transfundit in omnia illa vasa, repletaque summoveat. Quae ubi fecisset, negotium vati indicat. Cui ille iussit, ut oleum venditum iret, atque as alienum dissolveret, & ex reliquo viveret ipsa, quaeque filii, 4. Reg. 4.

Cum Judaei de captivitate Babylonica in patriam redissent, egeri ab opulentibus are alieno contracto ita urgebantur, ut omnes suas possessiones illis oppignorare, & filias emancipare cogerentur. Nehemias igitur Hachaliae F. qui Judaeos Babylonice eduxerat, concione vocata opulentis persuasit, ut pietatis ergo nomina omnia cognatis suis remitterent: neve quos ipse, & ante eum Esdras, & Zorobabel de captivitate Babylonica redemptos in libertatem vindicassent, ipsi jam redemptos emerent. 2. Esdrae 5.

Cum vehementer laboraretur ex are alieno, legem hanc Aegyptiis promulgavit rex Aphyctis, ut ita demum quis pecuniam mutuo acciperet, si cadaver patris pignori traderet. Ad hanc etiam legem adject, ut penes creditorem esset potestas omnis sepulchri debitoris: utque haec irogarentur multa pignus deponenti. Quod si dissolvere as alienum debitor recusaret, fas non esset sepeliri, aut in paterno, aut ullo in alio sepulchro: ac ne alium quidem ex seipso progenitorum sepulchrum mandare. Herod. 1. 2.

Solon Atheniensis legislator Soloniam legem scripsit, quasi tu dicas oneris abiectionem. Eam sanxit, ut debita remitterentur, & ne quis foeneraret, deinceps in corpus. Androcion non condonacione ari alieni, sed usurarum allevatione moderacione acquivisse pauperes, atque hoc beneficium Novas tabulas nominasse, gratumque fuisse scribit, quae simul huic adjuncta fuerunt, mensurarum augmentum, & monetarum pretium. Quippe minam, quae fuerat ante septuaginta, & tritium, centum fecit drachmarum. Itaque cum numero partem summam, valore minore praestarent, multum accessit commodi magnum as dissolventibus, nihil creditoribus tamen detrimenti. Maxima pars novis tabulis ajunt semel iussisse pacta conventa universa circumducta: quibus consonare videntur carmina Solonis. Gloriarum enim in his, agri se ante pignori nexi fixos passim terminos removisse: quae pridem ferviebant, nunc libera esse: & civium ob as alienum in nexum abductorum, partim in patriam reduxisse, lingua Atticae jam, ut qui per varia loca erraverint, oblatorum: partim dura ibidem oppressos servitute in libertatem afferuisse. Plut. de Solone.

Pericles Minervae mundi quadraginta talentorum auri obryzi exemptilem fecit: ut eo, inquit, mutuo ad belli usum accepto, non minus post restitueram. Plut. de Non foener.

Celo tyrannus cum postularet a civibus pecuniam, ubi fremuerunt illi, postulare ostendit, se, ut reddidit, reddique perpetrato bello. Plut. in Apophib.

Aratus Sicyonius, ejecto Nicoleo tyranno, accepit dono a Rege Ptolemao viginti quinque talenta, accepta egenis civibus suis, cum in alia tum ad redimendos captivos dilargitus est. Quia vero placari non poterant exules, qui praediorum suorum possessores fatigabant, venit civitas in periculum extremum exitii. Quare unicum spem videns Ptolemae libertatem, perrexit navigare & rogare Regem, ut argento sibi ad conciliandam civitatem suam subveniret. Magnis igitur periculis in Aegyptum navigans, a Rege dono accepit civitati suae centum quinquaginta talenta, quae in exules distribuit. Plut. in Arato.

C. Jul. Caesar, in Lusitania rebus bello egregie gestis, non segnius pacis munia dispenavit, concordia in civitatibus constituenda, praefertim oberatorum, & creditorum medendis controversiis. Statuit enim, ut ex debitoris proventus ferret, quotannis creditor beselem, reliquum rediret ad Dominum, quoad as alienum esset dissolutum. Plut. in Caesare.

M. Cato Censorius fenore usus est maxime improbatum nautico ad hunc modum. Volebat, ut illi, quibus foenerabatur pecuniam, multos ascererent socios. Cum quinquaginta essent, & totidem navigia, unam partem habebat, Quintone in fittore liberto, qui una cum illis, qui mutuo acciperent pecuniam, negotiabantur & navigabant. Itaque non de toto periculum subibat, sed de exigua portione, grandi luero Dabat mutuo etiam fennis. Hi pueros mercabantur: quos cum exercebant, & docuissent Catonis impena, anno post dittrahebant. Multos etiam retinebat

Ccc 4 Cato, L. B. Tbat. vit. Human. Tom. VI.